

Contrariorum argumenta ex Scriptura, & Patribus.

nibus potius, quam Deo, cum Apoftolus dicat, ne quis glorietur nisi in Deo. Sicut illi mille milites, qui strenue se gererunt in bello, & proinde nobilitati sunt a Rege, sibi, ac ferunt strenuitati debent, quod prae aliis essent a Rege nobilitate donati. Eto enim non nisi gratia juvante bene essent, tunc tamen ipsi, prae aliis eadem gratia donatis, bene uti fuerunt, insulari possent adversus alios, sicut insulari possent milites, qui eidem armis a Rege donatis, fortiter se gessissent, alius vero segneret.

LIII. Contra secundo. Qui haberet in sua potestate, ut concio esset efficax ad obtinendam conversionem Petri, non cogitaret praevideat Petri consensum, antequam eligeret concio egeret praevideat eius conversionem; & qui haberet in sua nem ut omnes milites strenue se gererent, non cogitaret potestate, quinam strenue se gesturi sint, antequam eligeret quos nobilitate prae aliis; sed Deus habet in sui potestate, ut concio fit efficax ad obtinendam conversionem, & ut quis bene utatur sua gratia; cum habeat in sui potestate consentium Petri magis, quam Petrus ipse, ut supra probatum est agendo de efficacia gratiae, quae non a consensu futuro petuntur, sed ex natura gratiae, & voluntate Dei; & Augustino teste; Deus magis habet in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas; ergo &c. Quare huc redeunt omnia supra alata. Item consensus meus Conclonati aut gratia est non de genere boni, aut mali? Certe de genere boni. At nonne omne bonum desursum est? Quid habes quod non accepisti? Insuper est ne naturalis, vel supernaturalis? Si supernaturalis; ergo a gratia Dei promovente consentium potius, quam non consentium. Si naturalis, quomodo potest gratiam reddere efficacem, etque dare vigorem? Rursus si consensus meus dat efficaciam gratiae, ut ex meo consensu potius fit mea conversio, quam non conversio, ergo mihi potius, quam gratia mea conversio tribuitur, ergo ego me discernam. Si enim gratia mea conversio tribuitur, atque efficaciam, atque effectum accipit a mea consensu, mihi potius, qui volo, erit adhibenda conversio; quia Deus quavis velit, si ego nolim, conversio mea non erit, & consequenter neque mea praedestinatio, ergo conversio justificatio, praedestinatio erit opus hominis potius, quam Dei. Sed haec jam satis, dicta, & expensa superius sunt.

LIV. Tandem probatur Conclusio. Myfterium praedestinationis fere electiois unius prae alio ad gloriam five in parvulis, five in adultis secundum Scripturas poni debet omnino inferribile, sed id falsum esset, si praedestinatio non esset omnino gratuita, ergo &c. Maj. ex superius dictis, tum ex Paulo, tum ex Augustino constat. Min. vero probatur. Inferribile illud non est, cuius de facili possit reddi ratio; at postea praedestinatio non gratuita, de facili potest reddi ratio, cur Deus praedestinaverit potius D. Petrum, quam Judam, quia nempe Deus praeviderit D. Petri gratia suae cooperationem, & proinde conversionem, & contra praeviderit in Juda futuram gratiae suae resistentiam; ergo &c.

Si dicatur, adhuc esse inferribilem praedestinatioem; quia licet Deus praevideat hominem in illis circumstantiis, in quibus praevideat eum consenturum, vel non consentire, & si ponit praedestinatioem in se non ponit, reprobat.

IV. Contra est primo. Ergo praedestinatio formaliter, ut est discretio praedestinati a reprobo, unice ex Dei voluntate pendet; ergo est proterea gratuita, ut superius ostendit.

Contra secundo. Si Deum praedestinare est praesicere hominem ponere in illis circumstantiis, in quibus praevideat esse gratiae divinae cooperaturum, Deum praedestinare est praesicere ponere extrinsecam conditionem, sine qua homo non salvaretur; non vero ponere ea, quae sunt causa salutis, nempe bonum usum gratiae usque in finem; quia hic est sine gratia non fit, a gratia tamen non habet, cur potius sit, quam non sit, sed ad hominis libertate. Hoc autem posito, magis nobis, quam Deo deberemus gratias agere de nostra salute, & dicere non amplius saluum me fecit quoniam voluit me; sed potius saluum me fecit, quoniam voluit ego. Sicut si Pater afferat filio liberos in ea circumstantia, in qua praevideat, eum illis bene usurum ad studium, non dicitur per hoc Filium fecisse doctorem; immo filius ipse doctorem se fecit, quia voluit studere, & bene uti libris, & occasione illa, in qua positus fuit a Pate.

Contra tertio. Si adhuc stante praevisione boni usus gratiae, est in libertate Dei ponere, vel non ponere hominem in illis circumstantiis, in quibus praevideat eum bene usurum; non cessabunt, immo insurgent majores hominum querele. Dicent enim qui praedestinati non sunt: Domine, si praevidisti, in talibus occasionibus bene usurum tua gratia, & in ea me perseveraturum, & salvandum; quare me in illa non posuisti, sed potius in alia, in qua praevideras, me male usurum, & non perseveraturum, & dampnandum? quantum ex mercede, gratiam tuam reddidisset efficacem, sed tu noluisti. Sicut jure quereatur homo, qui praevixit id una occasione bene usurum gladio, in alia male, occidendo hominem, & poneretur ab aliquo in ea occasione, in qua vidit eum male usurum, & occisurum, propter quod captus poenam lueret. Si ergo pares possint esse querele, melius nobis, ac tutius sit Paulo, & Augustino adherere, qui mire favent gratuite praedestinationi, quam ad praevisionem confingere, qua Paulus nunquam est usus, & quam Augustinus expresse rejectit.

LVI. Obijciunt primo illud Matth. 25. v. 34. & 35. Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum a constitutione mundi. Esurivi enim & dedistis mihi manducare &c. Ubi ly enim sicut sensum quod causa, ob quam fuit Gloria preparata, & non solum reddita, sint bona ipsorum opera, ut praevixit. Unde S. Joann. Chrysof. homil. 80. in Matth. Nam (inquit in persona Christi) antequam nati fueris, quia sciebam, ut hujusmodi factores, hoc vobis a me preparatum fuere. Et S. August. in ps. 49. expendens praevixit verba, ait: Quid percipite? Regnum. Eo quod? Esurivi, & dedistis mihi manducare. Tanti vales Regnum Calorum &c.

Confirmant ex sequentibus Christi verbis v. 41. & 42. Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis ejus: Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare. Ex quibus hie Praesen discitur. Eodem modo ratiocinandum est de destinatione futurorum ad gloriam, quomodo de destinatione Reprobatorum ad gehennam: sed Diabolo, & Reprobis ejus affecta non sunt ab aeterno destinati ad gehennam, nisi ob eorum praevixit demerita; ergo nec regnum Justis est paratum, nisi ob eorum praevixit merita. Major patet. Utrobique enim est eadem particula causalis, enim, & antithesis continua Elektorum, & Reprobatorum, bonorum operum & malorum, regni, & ignis aeterni.

LVII. Hoc argumentum Hemo alter Scoticus trahit. De Deo non deservit, p. 4. retroque sic in Praesen, & alios adversarios. Paulo inferius dicitur reprobis: Discedite in ignem aeternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis ejus: Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare; ergo Christus aeternam eleemofynam in hominibus assignat tamquam causam, sicut ignis Diabolo scripturatus. Quis autem hoc vel tantum audeat cogitare? unde fit carencia eleemofynae vel causa praeparationis ignis, sed misericordiae eleemofynae est causa, cur dicitur discedite &c. Ita erogatio eleemofynae est causa, cur dicitur possidere &c. Quare illa causalis enim non debet constitui, vel referri ad illud verbum paratum, quasi quod causa, quare parata fit gloria, sic, quia praevixit fuerant datur manducare; sed debet referri ad verbum possidere, ita ut causa, quare gloriam sui possiderit in executione, sint operis misericordiae.

Neque contrarium sentiunt alii Patres. Non Chrysofomus. Hunc enim loqui de praeparatione executiva supponente electionem, & praesentiam operum, non de intentione electionem operum antecedente, ostendunt ejus verba sequentia: ait enim: Quibus vero pro vobis hoc sibi retinuerunt? Pro vobis, pro mea Regna &c. Nam dicit: Quibus vero pro rebus haec sibi praeparata sunt. Neque S. Augustinus. Eum semper loqui de redditione, non de praeparatione gloriae, aperte ejus verba produnt: Quid enim, ait, percipite? Regnum. Eo quod? Esurivi &c. de perceptione igitur regni, non de praeparatione loquitur.

LVIII. Ad confirmat jam dictum est: ly esurivi enim, & non dedistis mihi manducare, referri ad ly discedite a me maledicti in ignem aeternum, non autem ad ly qui paratus est. Quare carencia operum misericordiae erit quidem causa, cur deridendi sint in ignem aeternum, non autem cur ignis primo paratus sit.

Respondet etiam negando majorem. Prima enim causa, cur homines admittantur ad regnum est divina misericordia: cur vero detrahantur in ignem est divina justitia; Deus enim (ait Tertullianus) De suo misericordiae, de nostro justus. Ut exerceat misericordiam sufficit Deo sua bonitas: ut exerceat justitiam praerequirunt nostra culpa. Quare vocans electos dicit: Venite benedicti Patris mei. Rejiciens vero reprobos dicit: Discedite a me maledicti. Benedictio ex misericordia Dei descendit, maledictionem autem homo sua culpa accersit. Unde Chrysofomus citatus in Persona Christi: Nam ego (inquit) regnum vobis, ignem autem non vobis, sed Diabolo & Angelis ejus praeparavi; in quem quoniam vos sponte injectistis, vobis igitur id reprobati. Ideoque ante merita paratum quidem fuit regnum, sed non ante demerita ignis aeternus.

LIX. Obijciunt secundo ex Divo Paulo Romanorum 8. ubi describens ordinem, quem Deus tenuit in praedestinando, ait v. 29. Nam quos praevixit, & praedestinavit conformes sibi imago Filii sui: ubi prius ponit praesentiam, deinde praedestinatioem; ergo praedestinatio est praesentia. Unde Ambrosius lib. 5. de fide. c. 2. Non enim (inquit) ante praedestinatioem quam praevixit, sed quorum merita praevixit, horum praemia praedestinavit. Et D. Augustin. lib. de praedest. c. 3. Et praesentiam operum, praedestinatio fit remuneratio. Cui accedit Hieronymus in c. 8. ad Roman. Quos praevixit conformes facturos in gloria, voluit ut fierent conformes in gloria.

Hoc Pauli textu sibi videntur de causa triumphasse Aversarii. Attamen potest in ipsos retorqueri. Si enim mens Pauli esset, ut Deus, quorum praevixit merita, hos praedestinavit; ergo omnes, quorum merita praevixit, praedestinavit ad gloriam: atqui ipsi factentur innumeros esse, quos Deus praevixit bene usurum gratia, si eis daretur congrue, quibus tamen gratiam congruam denegaret: quin potius dat incongruam, atque ita non sunt praedestinati ad gloriam; ergo &c.

LX. Respondet ergo primo, observando, Paulum non dicere, quorum merita praevixit, hos & praedestinavit, sed quos praevixit, & praedestinavit; ubi loquitur de persona praedestinanda, non de meritis, aut motivo praedestinandi. Certe enim

enim praedestinatio sine praesentia stare non potest, praesentia tamen non est ratio praedestinationis, sed conditio: unde sentus est, quos praevixit, id est quos diligenter praecognovit, praedestinavit ut conformes essent in glorificatione tum corporis, tum animae imaginii Filii sui. Non quia omnes praevixit praedestinavit, sed quia eos praedestinavit non potuit, nisi praevixit. Jacov. 1. Priusquam te formarem in utero novi te. Ita S. Th. in cap. 8. ad Rom. lect. 6. ubi notaverat, Paulum non dicere quos praevixit conformes sibi imaginii Filii sui, & praedestinavit, quod dicere debuit, si mens ejus esset, praesentiam bonorum operum esse rationem, & causam praedestinationis: sed dicere: Quos praevixit, hoc, & praedestinavit conformes sibi imaginii Filii sui; ut (ait S. Doctor loco citato) ista conformitas non sit ratio praedestinationis, sed terminus, vel effectus.

LXI. Respondet secundo, in praefato Pauli textu ly praevixit idem esse ac praedixit, aut praevixit ad gloriam, ly vero praedestinavit idem esse ac praeparavit, seu praedestinavit ad gratiam ut fit sentus: quos praevixit, id est quos praedixit, aut praevixit ad consummationem in gloria cum filio suo, hos praedestinavit, id est illis coeternum statuit, & praeparavit hanc consummationem, seu media elegit, ut ad hanc consummationem possint pervenire. Quorum autem sunt media, quae eis praeparavit, statim subjungit, dicens: quos autem praedestinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & justificavit, quos autem justificavit, illos & glorificavit. Ubi semper advertendum est, quod Apollolus non dicit, quos praevixit bene usurum, sed absolute quos praevixit; ut omnium eodem referri debeat, quo verbum praedestinavit, nempe ad conformitatem imaginii Filii Dei, hoc est, consummatam beatitudinem animae, & corporis.

Nunc duo ostendenda sunt: unum, quod ly praevixit possit sumi pro eodem ac praedixit, seu praevixit alterum, quod idem sit ac praedixit, praevixit, seu praedestinavit ad gloriam. Primum indicat Paulus ipse Rom. 11. v. 2. non repulit Deus plebem suam, quam praevixit. Ub. D. Th. lect. 1. non repulit (inquit) plebem suam totam, quam praevixit, id est praedestinavit. Eodem modo S. Petrus Ep. 1. c. 1. v. 1. & 2. dicit: Electis adventis... secundum praesentiam Dei Patris in justificationem spiritus: id est secundum praedestinatioem, qua praevixit, ut essent sancti spiritus; Et vers. 20. vocat Christum praecognitum ante mundi constitutionem: id est praedestinatum, ac praedilectum. Ex quibus patet alterum, nempe, quod praevixit idem aliquid sit, ac praedestinavit. Totum hoc (expressit D. Aug. lib. de dono persever. c. 13. dicens: Ubi ait Apollolus: ut non repulit Deus plebem suam, quam praevixit, praedestinatioem non significare voluisse. Praevixit ergo reliquias, quae secundum electionem gratia fuerat ipse facturus. Hoc est ergo praedestinatioem: sua enim enim praevixit, si praedestinavit: sed praedestinatioem est hoc praevixit, quod fuerat ipse facturus. Et cap. 15. Quid ergo nos prohibet (inquit) quando apud aliquos Verbi Dei tractatores legitimus Dei praesentiam, & agitur de vocacione electorum, eandem praedestinatioem intelligere?

Ad auctoritates vero Patrum dico: Ad primam ex Ambrosio, eum non loqui de praesentia meritorum ante decretum Dei, & electionem, sed de praesentia consecuta ad electionem, & meritorum, quae sunt effectus electionis; non causa movens ad electionem. Praedestinatioem quippe Deus praevixit, quae fuerat ipse facturus: ait August. lib. de praedest. SS. cap. 10. Unde sensus Ambrosii est, Deum non ante praedestinavit, quam praevixit, quia secundum August. relatum: praedestinatioem est, quae sua praesentia non potest esse, sed quorum merita praevixit, id est merita facta per ipsum, dono suo, & voluntate, horum praemia praedestinavit. Sicut merita consequuntur gloriam, ut primo voluit, quia ex voluntate damdi gloriati sum preparata; praecedunt autem consecutionem gloriae, quia sunt causa meritoria movens Deum ad gloriam in premium reddendam.

Ad auctoritates vero Augustini, & Hieronymi dico, eas nihil esse sciendas. Nam liber ille de Praedestinatione, ex quo depromitur, non est Augustini sed incerti Auctoris. Expofitio autem super Epist. ad Romanos non est Hieronymi, sed Pelagii. Quamvis possent explicari de praesentia supponente electionem ad gloriam, non de praesentia electionem praecedente.

LXII. Obijciunt tertio, Matth. 22. v. 14. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Quare? nisi quia vocati noluerunt venire: ergo vocare, Dei est, electos autem fieri, vel non, nostrum est, ait Theophilactus.

2. Rursus. Si praedestinatio a sola Dei voluntate penderet, plures essent electi, quam reprobi; cum Deus fit infinite bonus, & proinde sui communicativus; ergo si pauci sunt electi, ex culpa nolunt esse.

3. Uterius. Prima ad Timoth. 2. v. 4. Deus vult omnes homines salvos fieri; ergo ante merita, vel demerita in Deo est aequalis voluntas dandi gloriam omnibus; ergo ex meritis est, quod aliquos praedestinavit, ex demeritis, quod aliquos reprobat.

4. Praeterea, Matth. 30. Deus tamquam Paterfamilias conducit Operarios, & statuit cum illis mercedem; ergo prius spectat opus, quam mercedem.

5. Tandem, Joann. 16. v. 27. Ipse enim Pater (ait Christus) amat vos, quia vos me amatis, & credidistis; ergo ob amorem, & fidem in Christum praevixim in Discipulis, Pater eos ab aeterno dilexit.

LXIII. Ad haec sigillatim respondeo. Ad primum, falsum esse, ideo aliquos non esse electos, quia vocati noluerunt venire, alias praedestinatio, aut reprobatio esset in manu hominis, non Dei, quod nemo nisi Semipelagianus dixerit. Gatti Theol. Tom. 1.

Sed quia non sunt electi, ideo illis non datur, ut velint venire. Unde S. August. de Dono Persever. c. 14. dicit, quod in massa peccatorum iusto Dei iudicio relictis fuit Tyrus, & Sidonius, qui etiam credere perseverant, si mira illa Christi signa viderent, sed quoniam ut crederent non erat eis datum, etiam unde crederent esse negatum. Theophilactus solum loquitur de electionis effectu, seu implemento. Vocare enim solum dicit, electionis vero implementum nostrum est, quatenus electio nostra non impletur solo Deo operante, sed homine (divina tamen gratia praevento, & adjuvo) cooperante. Quare in c. 6. Joannis idem Theophilactus ait: Electio fit a Deo, qui adhibetur nos ad bonum, & suam nobis imperite bonitatem, collat; ut ea electionem suam impleamus.

Ad id quod additur, dico, antecedens verum fore, si Deus ita esset bonus, ut non esset etiam iustus. Cum enim tota natura humana ex culpa Protoparantis esset damnata, ac iuste a Regno Caestis excluda, etiam in electione paucorum suam maxime ostendit bonitatem, qui nec vel unum eligere teneatur, immo iustissime omnes in damnatione possit relinquire. Sicut maximam bonitatem ostenderet Rex, qui, cum iuste posset omnes rebelles suos morti tradere, eorum tamen aliquos salvaret, & Amicos & amicos suos crearet. Et instantiam haec potest in Adversarios retorqueri. Si enim electio ex praevisione operum penderet, cum nullis sit, qui praevixit non fuerit in aliqua occasione bene operaturus, si Deus bonus est, cur non omnes eligat, cur non omnes in ea circumstantia protulit pontis? Ad tertium dico, ex eo discussa sequi, Deum (quantum in se est) Numquam reprobare, sed omnes praedestinavit; qui erat error Semipelagianorum; ut D. Augustino exponit Hilarius his verbis: Illud pariter non accipiant, ac eligendum, reprobationemque esse desinitat numerum velint... Id est, ut nonnulli omnes homines salvos fieri vellet, & non eos tantum qui ad sanctorum numerum pertinerent: sed omnes omnia, ut nullus haberetur exceptus. Quomodo cum Voluntate generali Dei de omnium hominum salute fit Voluntas specialis de exclusione aliquorum a regno, ostensum est superius Tractatu de Volunt. Dei; dum de Voluntate antecedente & consequente ageremus, quo studiose remitto. Interim huic instantiae respondere teneatur Adversarius, qui contra Janenium fatetur, Deum sincere velle omnium salutem, & tamen multos, etsi praeviderit eorum bona opera, a salute rejicit. Ex quo inferatur, non esse ex meritis, quod aliquos Deus de facto praedestinet, neque ex demeritis, quod hos pra alios reprobet, sed ex Dei aeterna voluntate, & inscruabili consilio. Quare D. Fulgentius lib. de Incarnate, c. 29. Ill (inquit) qui voluntatem Dei, qui omnes homines vult salvos fieri, aequali etiam velle velle, & damnandos excusant, cum interrogati fuerint, cur velle Deus omnes homines salvos fieri, nec tamen omnes salvos fieri, quid responderent? c. 30. urget exemplum de infantibus, in quibus certe nulla opera bona, aut mala praevixit fuerunt; cum tamen eorum aliqui morientes ante aetatem adultam baptizati salventur, alii sine baptismo damnetur.

Ad quartum nego consequ. maxima enim differentia est inter Deum, & homines. Nam hi in conducendis operariis suam praecipue spectant utilitatem: ideoque primo voluit opus eorum, tamquam sibi utile, deinde secundario dare voluit mercedem. At Deus suam in conducendis operariis utilitatem non spectat, nam bonorum nostrarum non indiget, sed potius bonum nostrum, & ultimo gloriam suam. Alia etiam est differentia; quod homo dum operarium conducit, supponit in eo idoneitatem ad opus, & ex ejus praevisione eligat, & statuit mercedem: At Deus ei, quem eligit eligendo dat virtutem ad opus, immo etiam ipsum opus; quia sine ipso homo laborare, ut oportet, non potest; & si posset, ipso non dante non laboraret; ideoque non eget antequam eligat praevidere merita, quae nulla sunt, & si sunt, ab ipso donata sunt.

Ad quintum tandem, nego similiter consequentiam sentus enim verborum Christi: Pater amat vos majoribus gratiae donis vos cumulando, quia vos me amatis, id est quia mihi adhaesistis, & secuti estis me, tracti nimirum a Patre meo, quia nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum (Jo. 6. v. 43.) significant autem haec, simileque sententiae, quod gratia gratiam praecedat, & meretur, quodque (ut docet D. Th. hoc art. 5.) licet totus effectus praedestinationis non habeat causam ex parte nostra, quia totus ly praedestinatione comprehenditur, unus tamen praedestinationis effectus potest esse causa, & ratio alterius. Et sic fides, & amor Discipulorum erga Christum, qui tamen sunt gratiae praevisionis beneficium, & effectus praedestinationis ipsorum, & dilectionis Dei, potuit esse causa, & ratio, cur Deus eos abundantiori amore, & ad uberosiores gratias diligeret.

LXIV. Obijciunt quarto. Ad id homo gratuito non praedestinatur, quod est in ejus potestate, atqui gloria est in hominis potestate, ergo &c. Min. prob. primo. Homo fuit orationibus potest, ut inter electos numeretur, & hoc fuit bonis operibus impetrat. 2. ad Timoth. postquam Sanctus Paulus dixit, in magna Domino alia esse vasa aurea, & argentea, alia lignea, & scillia: Et quidam quidem in honorem, quidam autem in contumeliam. Subdit vers. 21. Si quis ergo emendaverit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum: sed iuxta phrasim Sancti Pauli vasa in honorem sunt electi, sicut vasa in contumeliam sunt Reprobis; ergo &c. Rursus 2. Petri 1. vers. 21. Scitote, ut per bona opera certum vestrum constantem, & electum faciatis. Secundo prob. min. Roman. 11. supponit Paulus, quod qui non inferus est in bonam olivam, id est in praedestinationem numerum, possit inseri, ait enim v. 23. Sed & illi (Judei) si non permanserint in incredulitate, inferentur; potens est enim Deus iterum inferere illos.





va facit, ut deferviant ad finem suum. Tertio, ad effectus predestinationis redci potest ipsa peccati permiffio, qua in predestinato utilis esse potest ad finem predestinationis.

Porro, ut aliquid fit effectus predestinationis, fivelicetis, five imperatus, duz preceptis conditiones requiruntur. Prima est, quod fit a Deo positive volitum, & effectus ejus, & non solum permiffum. Qua ratione peccatum pro formalis deformitatis, & malicie non potest esse effectus predestinationis, quia non potest esse volitum, & causatum a Deo. Secundo. Quod Deus velit illud ex intentione effectus dandi gloriam. Quare defectu hujus Incarnatio, & merita Christi, esto maxime conducunt ad gloriam nobis obtinendam, qui tamen non sunt volita ex intentione dandi nobis gloriam, sed potius intentio dandi nobis gloriam ex ipso Christo, & meritis ejus ortum habet, ideo non sunt effectus, sed potius causa nostre predestinationis. Hjs premiffis,

S. I. I.

De substantia predestinati.

Inter effectus predestinationis multi ex Nostris ponunt ipsam substantiam, seu Personam hominis predestinati. In quo mihi distinguendum videtur. Aut enim volunt, quod substantia hominis, presupposita jam per providentiam creativam pro uno priori ab eterno destinata ad esse, pro alio posteriori fuerit per providentiam predestinativam ordinata ad finem suum, nempe gloriam: aut volunt, quod substantia hominis predestinati quod ad suum primum esse fit effectus imperatoris predestinationis, ita ut providentia predestinativa imperaverit productionem substantie hominis, quem Deus decreverat predestinare ad finem eum predestinandi. Si velint primum, non dissentio. Quiddam enim jam a Deo volitum, & exiens ordinatur a Deo ad finem predestinationis, dici potest aliquo modo cadere sub predestinatione, & esse effectus ejus sicut ordinatur, & directus: quod substantia hominis predestinati ordinatur per modum subiecti ad consequendum suo tempore gloriam: ergo potest dici effectus ordinatus &c. & idem dico de aliis donis naturalibus, quoad sui primum esse, quia in predestinato sunt: ut bona in doles, sanitas, ingenium: omnia enim hanc ordinantur ad finem ipsum glorificandi. Et hoc modo intelligo illud Pauli Rom. 8. v. 28. diligenti bus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propofitum vocati sunt sancti. Si vero velint secundum;

III. Dico. Probabilis mihi esse, substantiam predestinati secundum se, & quoad suum primum esse de facto non fuisse imperatam, & volitam a providentia predestinativa, ideoque neque esse effectum imperatoris predestinationis. Quod aliis terminis explicio sic. Deus non decrevit producere substantiam predestinati, et eam predestinare, seu ex intentione illam produci. Ita sentire videntur Aurelius, & S. Augustin. epist. 127. alias 97. ad Innocentium. Est enim iniquum quodam non improbanda ratione dicitur gratia Dei, qua creata sumus. . . alia est tamen qua predestinati vocantur, justificantur, glorificantur: atqui si substantia predestinati effectus producta ex intentione eam glorificandi, eadem gratia qua predestinati sumus, effectus etiam creata, quod non negabat Pelagius: ergo &c. Secundo. Docet S. Augustinus, hominum productionem non esse ex meritis Christi. Epist. enim alias 105. modo 124. ad Sixtum cap. 2. Christus inquit non pro justis ut homines conderentur, sed pro impiis mortuus est, ut justificarentur. Si autem Deus produxisset homines ex fine eos predestinandi, jam eorum productio esset ex meritis Christi; sicut ex meritis ipsius est ipsa predestinatio.

IV. Præterea, ipse S. Thomas postquam hac q. 23. sepe dixit predestinationem esse quandam rationem ordinis aliquorum in vitam æternam, postea quasi. 5. de virtut. a. 8. ad 2. ait, quod ordo rei presupponit ejus esse; ergo predestinatio presupponit jam decretum esse substantiam, quam predestinat, id est quem ordinat in vitam æternam. Idem docet in 1. dist. 42. q. 1. art. 1. ad 4. dicens, Operatio divina, qua justificat & glorificat, præcipit natura, vel in proprio esse, vel in divina operatione. Ex quo infero, quod ea, que predestinantur, cadunt sub electione, non autem creatio rei, at si creatio rei esset effectus predestinationis, jam creatio cadere posset sub electione; ergo &c. Tum etiam: nam 3. p. q. 1. art. 3. ad 4. docet, quod predestinatio presupponit præsentiam futurorum; ergo presupponit præsentiam substantiam, quam predestinat. Sed clare in cap. 1. ad Rom. lect. 3. postquam dixit, quod cum res in se ipsa constituitur, non dirigitur ex hoc ipso in aliud: unde præcipit constitutio rei proprio predestinatio dici non potest, subiungit: sed quia omnia naturalia pertinent ad constitutionem rei ipsam, quia vel sunt principia, ex quibus res constituitur; vel ex hujusmodi principia consequuntur & consequuntur esse, quod naturalia proprio sub predestinatione non cadunt.

V. Accedit etiam, quod si substantia predestinati est effectus predestinationis ejus, ita etiam substantia hominis reprobatum erit effectus ejus reprobatum saltem negative: & quod sicut unum hominem produxit, ut eum predestinaret, ita etiam alterum produxit, ut eum reprobaret, seu eum perpetuo excluderet a Regno. Hoc autem esset incidere in errorem Calvinii, qui lib. Instit. cap. 23. §. 6. ait: cum pene ipsum (Deum) resident salutis, ac moris arbitrium, consilio nuntio que suo ita ordinat, ut inter homines nascantur ab utero certa mortis devoti, qui suo exitio ipsius nomen glorificant.

VI. Ratione autem probatur, Nam decretum de homine producendo prius est decreto ipsum predestinandi, quia decretum de producendo homine prius est decreto permittendi illius peccatum, & consequenter prius decreto Incarnationis,

& tandem prius decreto hominem predestinandi; quia decretum hominem predestinandi, cum supponat merita Christi, supponere debet decretum mittendi Christum: hoc premissis debet decretum mittendi Christum: hoc supponere debet peccatum hominis: peccatum autem hominis supponere debet hominem, ejusque conditionem.

Confirmatur in sententia S. Thomæ volentis, quod si Adam non peccasset, Verbum non fuisset Incarnatum, Incarnatio Verbi supponere debet peccatum Adami præsum, ut futurum: atqui non potest supponi peccatum Adami præsum, ut futurum, nisi supponatur Adamus ut futurus; ergo decretum Incarnationis supponit Adamum futurum. Cum ergo predestinatio hominum, qua unice ex meritis Christi est, supponat Incarnationem jam decretam, fit hæc suppositio Adami substantiam jam conditam, quare eam non supponit predestinatio: quod si hæc eam supponit, quomodo substantiam, ut primo condita, poterit esse effectus præcedat causam?

VII. Si deus. Quod puer tali loco nascatur, ex quo statim fit acceptus baptismum; quod habeat parentes Catholicos, a quibus ei procuretur baptismum ante mortem, sunt effectus a Deo dispositi, quia illum vult salvum, & consequenter quia illum predestinavit; ergo natus, & consequenter productio substantie predestinati cadunt sub predestinatione, ut effectus ejus.

VIII. Si distinguas consequens: ergo natus quantum ad substantiam, nego consequ. quantum ad circumstantias, concedo. Consequ. concedimus enim, aliquas circumstantias natus esse imperatas, & effectus providentia supernaturalis predestinativæ, quales sunt illate in argumento: negamus tamen natus esse imperatam se, cum fit undequaque naturalis, & prior decreto predestinandi, supponere providentiam predestinativam, & ex fine ipsius imperari.

IX. Contra est. Decretum illud decernens circumstantias natus pertinet ad decretum de generatione hominis, ergo prius est decreto predestinativo: ergo si hoc non obstat circumstantie postius esse effectus predestinationis, cur non & ipsa generatio & natus?

X. Respondeo, dist. antec. sumpta generatione inadquate, nego antecedes. Sumpta adequate, & consummative, concedo. & nego consequ. Nam generatio potest fumi inadquate, pro ut tantum respicit substantiam rei genite, & sic præcedit predestinationem, nec est effectus ejus. Potest etiam fumi adequate, & consummative, ut tangit omnia, quæ circumstantiam natus, seu ea, in quibus natus est ponenda: & sic decretum de illis ponendis, cum sit factum ex meritis Christi, ut quod puer statim moriturus nascatur prope fontem; quod parentis prælo sint, vel quisquis alias, qui cum baptizet, ipsa predestinatio postius est. Hujus artificium exemplum habemus in Incarnatione. Decretum enim Incarnationis quoad substantiam præcedit omne meritum hominis etiam de congruo: Decretum autem de circumstantiis Incarnationis, puta quod carnem sumat ex tali muliere, supponit merita B. V. ante prælo: & quod carnem sumat ex tali progenie, aut tali tempore, supponit merita Abraham, David, ac ceterorum veterum Patrum, ut traditur in Tractatu de Incarnatione.

XI. Ex dictis inferitur, quod dona omnia naturalia, ut in doles, ingenium, bona animi, & fortune, quæ in Predestinatis sunt, conducunt quidem, & in eis sunt effectus ordinati ad eorum predestinationem; non tamen sunt quoad eorum primum esse imperata a Providentia predestinativa.

S. III.

De donis supernaturalibus.

Inter dona supernaturalia veniunt glorificatio, vocatio, & licet, sanctificatio, vel continuata usque ad mortem, vel interrupta, aut semel, aut pluries per peccatum, & etiam vocationes inefficaces. De omnibus aliqua breviter dicemus.

XII. Dico primo. Quæcumque efficacis vocatio, justificatio, & glorificatio sunt in predestinato effectus predestinationis. Ita ex Apostolo Rom. 8. v. 30. Quos autem predestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & justificavit; illos & glorificavit. Quibus ordinem, quod Deus predestinatis preparavit gloriam, describit Paulus.

Probatur etiam sic: Quæ procedunt a Deo ex intentione efficaci dandi gloriam, sunt effectus predestinationis, quia orta ex voluntate predestinandi: sed hujusmodi sunt prædicta: ergo &c. Min. prob. Media ordinata ad finem, sicut etiam consequuntur finis, procedunt ab agente ex intentione efficaci finis: ergo voluntate enim efficaci medici, quia vult infirmo finem, non solum oritur, quod applicet remedia, quæ judicet efficaci ad sanitatem, sed tandem, ut per illa causetur sanitas in infirmo; ad vocatio efficacis, & justificatio continuata usque ad mortem sunt media efficaci ad consequentem gloriam, & glorificatio est ipsa consequentia finis; ergo &c.

Eito autem Predestinatio, utpote, pars Providentiæ, fit immediate solum de mediis, est tamen mediate etiam de fine. Et rursus: licet vocatio, & justificatio inveniuntur aliquando in reprobis, non tamen cum ordinatione efficaci ad gloriam, & perseverantiam finalera, sicut sunt in predestinatis. Et deum; licet vocatio ad gratiam non ordinat predestinatos ad gloriam ultimam & complete, ordinat tamen eos initiative. Quibus prævenitur ea, quæ obijci possent.

XIII. Dico secundo. Gratia semel, vel sæpius per peccatum interrupta, & tandem per penitentiam recuperata pro semper, est formaliter predestinationis effectus: cum hoc tamen discrimine, quod ut recuperata, hoc habet ratione finis: ut vero prius collata, hoc habet ratione alterius. Ut affer-

tio hæc

tio hæc intelligatur, supponendum est, quod licet per unum peccatum morale gratia physice destruitur, & periret, si que deatatur interrupti, semper tamen subsistit moraliter, & in acceptione divina: quia gratia, & meritum per eam comparatur, semel ac a Deo per Jesum Christum est acceptatum, semper apud Deum moraliter perseverat cum jure ad gradum glorie ipsi proportionatum, quem Deus ex summa sua bonitate paratus est dare, dummodo tollatur per penitentiam obstatulum peccati. Et hæc est revivificatio meritorum, quam docent Theologi in Tractatu de virtute Penitentia. His præmissis.

XIV. Prima pars, nempe, quod gratia per peccatum recuperata fit in predestinato effectus sui predestinationis, patet. Quod enim dedit Deus D. Petro auxilium, ut a peccato resurgeret, & gratiam trina negatione amissam recuperaret, & non potius sineret eum in peccato mori, ut fecit erga Judæam, ex eo processit, quia cum efficaciter volebat salvare, & consequenter ex voluntate, qua D. Petrum præ Juda prædestinaverat.

Quod vero etiam gratia non solum ut recuperata, sed etiam ut primo collata predestinato, fit in eo aliquomodo effectus predestinationis, quæ est secunda pars, probatur. Quia eo ipso quod Deus consulti primo gratiam D. Petro cum intentione, ut eam amissam recuperaret per penitentiam, illa prima collata gratia fuit a Deo volita ex animo ipsum predestinandi: quia licet physice esset interrupta per peccatum, erat tamen ex una parte mansura semper per peccatum, ut primo collata divina cum jure ad gloriam; & licet illud jus esset impeditum quoad effectum a peccato, tale tamen impedimentum erat auferendum; ergo dici potest, quod etiam gratia, ut primo collata D. Petro, fuerit effectus predestinationis ejus, non immediate & ratione sui, sed solum mediate & ratione alterius, nempe penitentia future: non tamen rationis formalis, sed tamquam puer conditionis & removens obstatulum, nempe peccatum, sine quo illud jus nunquam cum suo termino conjungeretur.

XV. Sed dices. Gratia primo collata Adamo in statu innocentie non fuit effectus predestinationis illius, sed solum ut recuperata per penitentiam; ergo neque gratia, ut primo collata aliis electis, si semel interruptur per peccatum.

Resp. neg. consequ. & disparitas est. Gratia enim non fuit primo collata Adamo innocenti ex intentione ipsum glorificandi: Decretum enim Predestinationis Adami supponit decretum Predestinationis Christi, & hæc peccatum originale, & peccatum originale statum innocentie. Unde cum primo collata fuit Adæ, non fuit illi collata ex voluntate ipsum predestinandi, neque ex vi primæ infusionis illum dicebat ordinem ad gloriam; sed hunc capere dicebat ex vi reparacionis decreta per Christum; sique solum ut reparata fuit effectus predestinationis, & Christi, & Adæ. Ad gratia primo collata nobis cum sit ex meritis Christi, dum primo confertur predestinato, ex Providentia predestinativa est confertur.

XVI. Dico tertio. Vocaciones inefficaces in electis dici possunt effectus predestinationis illorum, non per se & ratione sui, sed occasionaliter solum, & quasi per accidens, modo explicando. Prima pars probatur. Quia vocaciones inefficaces five auxilia insufficientia, quibus Deus hominem vocat, & excitat ad bonum, & quæ homo ipse culpa sua reddit inefficacia, non habent formaliter, & per se, quæ efficaciter consentant ad prædestinati justificationem & salutem, ut patet: & licet quandoque auxilia insufficientia aliquos producant effectus quibus peccatores prædestinati paulatim disponuntur ad justificationem, omnes tamen hujusmodi effectus essent inefficaces, nisi supervenirent auxilia sufficientia, quibus infallibiliter vocationes inefficaces, & solum sufficientes habent, quod sint effectus conducentes ad finem predestinationis, sed ratione alterius, nimirum auxiliorum, & vocationum efficacium.

Secunda vero pars probatur. Quia prædestinati considerantur, quod non consententem vocationibus inefficacibus, vel eis resistendo posterunt obstatulum divine gratie, & inquit ex hoc occasione humilitatis, penitentia; aliarumque virtutum, quibus efficaciter ad gloriam perveniunt; ergo saltem occasionaliter sunt effectus predestinationis.

S. IV.

De malis naturæ, pænæ, & permiffione peccati.

XVII. Dico primo. Mala tum nature, tum pænæ sunt effectus predestinationis voliti a Deo predestinatis ex voluntate eos salvandi. Prior pars de malis nature probatur exemplo eorum, quos Deus præmatura morte rapit, ne (ut dicitur Sap. 4. v. 11.) illorum manus intelletum eorum, aut se fæto deciperet animam malorum: quod Deus fecit, quia volebat eos salvare.

XVIII. Altera vero pars de malis pænæ, seu penalitatibus vite præsentis probatur. Ergo ea ex intentione divina sunt effectus predestinationis, quibus Deus utitur tamquam mediis, ut electos suos ad finem predestinationis perducat; sed ad hoc Deus sepe utitur malis pænæ, exterisque penalitatibus, dicens Apostolo Philipp. 1. v. 28. & 29. Temporalia hujus vite pænæ esse in electis dona Dei, non in se quidem, sed in intentione divina, quæ Deus illis preparavit, ut ex his electi paratiore, & fortiores fiant: in nulla (inquit) terrenamini ab adversariis: quæ illis est causa perditionis, vobis autem salutis, & hæc a Deo. Quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini. Tum

etiam quia per multas tribulationes oportet intrare in Regnum Cælorum.

XIX. Dico secundo. Etiam permiffio peccati, seu denegatio gratie efficaci in hac aut illa occasione electis potest procedere ex intentione illos salvandi, & consequenter effectus predestinationis illorum. Probatur; id quod Deus positive vult ad bonum finale predestinati, est volitum ad finem suum salvandi, & proinde effectus predestinationis illius: atqui Deus sepe vult permittere peccatum predestinato ad bonum finale ipsius; vult enim interdum subtrahere gratiam efficacem electo, ut ipsum doceat prop' am miseriam, nec esse in humanis viribus confidendum, sed in solo Deo, qui ut ait Apostolus Philipp. 2. v. 13. Operatur in vobis velle, & perficere pro bona voluntate; & discant cum metu & tremore salutem suam operari, scientes sine illo nihil se posse facere, & idcirco humiles sint: sicut quoque electos suos cadere, ut indeceps cautiore, & vigilantiores efficiat; ergo &c.

Hinc S. August. lib. de corrept. & grat. c. 9. Talibus (inquit) Deus diligentibus eum omnia cooperatur in bonum, & usque adeo profusus omnia, ut etiam si qui eorum deviant, & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, & ex humilitate redeunt, atque doctiores. Discant enim in ipsa via iusta eam tremere se cavere debere, non sibi arrogando tamquam de sua virtute fiduciam permanenti &c. Et de natura & gratia c. 28. Desidero (inquit) aliquantulum Deus ut scias, non enim, sed ejus esse, & discas superbus non esse. Et S. Gregorius lib. 2. Moral. nunc c. 49. ait: Unde fit, ut aliquando se hæc valem gratia auxiliis subtrahat, & præsumpti mentis, quantum in se informatur, ostendat. Tunc enim vere cognoscimus bona nostra vana sunt, quando hæc quasi amittendo, sentimus, quia a nobis servari non possunt. Idem ait lib. 8. cap. 29.

XX. Sed dices primo. Omnis effectus predestinationis est beneficium Dei, est ex meritis Christi, & potest a nobis postulari a Deo: sed permiffio peccati non est beneficium, sed negatio beneficii; non est ex meritis Christi, quia Christus meruit nobis gratiam, non gratia denegationem; neque potest a nobis postulari: quis enim a Deo postulare, ut sinat, se in peccatum labi? ergo &c.

Resp. quod licet denegatio gratie absolute, & in se non sit beneficium, sed negatio beneficii, neque fit ex meritis Christi, ut tamen ex divina pietate ordinatur ad majus bonum nostrum, nempe ad majorem cautelam, humilitatem, firmiter perseverantiam, & etiam gratie incrementum, sic est maximum Dei beneficium. Sicut inflicto vulneris absolute non est beneficium, ut tamen facta a medico ex intentione longioris sanitatis, beneficium est. Et licet gratia præfens fit majus beneficium, quam ejus denegatio, ut tamen includens majorem profectum, & stabilior permanentiam in gratia majus beneficium est. Et sic Christus non meruit nobis absolute denegationem gratie; sed gratia denegato, nunc, ut ordinata ad firmiter perseverantiam, gratia est ex meritis Christi.

Quod autem nos non possimus a Deo absolute petere ut sinat nos in peccatum labi, inde provenit, quia voluntas nostra non potest velle permiffionem peccati, quin utpote particulare volens, velit etiam, & sine complacere in peccato. Ceterum sui conditione, quod denegatio gratie conducere ad majorem nostram utilitatem, & ab ipso ita esse dispositum, non existimare absonum, posse a Deo humiliter peti, ut de nobis faciat quiddam nobis ad æternam salutem expediens decreverit. Siquæ etiam ut nos sua gratia privet ad tempus, quando ab eo ita dispositum foret.

XXI. Replicabis tamen. Si quia permiffio peccati est occasio majoris boni in predestinato, possi debet intrer effectus predestinationis, cur non etiam peccatum ipsum poterit poni inter effectus ejusdem, cum etiam peccatum in electo sit occasio majoris, & firmitioris humilitatis?

Resp. permiffionem peccati esse effectum predestinationis in electis, non quia præcise est occasio majoris boni in predestinato, sed quia est a Deo volita ad talem finem, ad quem ab ipso eligitur tamquam medium; sicut a medico eligitur inflicto vulneris, ut medium ad firmiter sanitatem. Verum peccatum nec potest esse volitum a Deo, sed solum permiffum, nec potest conducere ut medium ad majorem virtutem. Nam medium influit ad consequentem finem, peccatum autem potius revocat: & solum esse potest mera occasio, ex qua peccator gratia Dei ob oculos ejus peccati fecerit potentis adjutus, humilior fiat. Quare utilitas, quæ advenit peccatori, non ex peccato est, sed ex gratia Dei. Neque sequitur, D. um volendo permiffionem peccati, velle etiam peccatum, quod ex ipso sequitur. Nam peccatum licet sequatur postea quod est permiffio seu denegatione gratie, sequitur solum sequela logica, non physica: unde non sequitur, Deum volentem denegare gratiam, velle etiam peccatum; hoc enim ex sola prava hominis voluntate ponitur, Deo solum permittente.

XXII. Dices secundo. Non est prudentis provisoris permittere majus malum ex intentione minoris boni: sed peccatum est malum majus, quam sit bonum humilitatis peccatoris, immo ipsa beatitudo; quia peccatum, utpote offensa Dei, est infinite malum, humilitas autem, & ipsa beatitudo formalis, sunt bonum finitum; ergo &c.

Resp. quod licet non sit prudentis provisoris permittere majus malum ex intentione minoris boni, quod sub omni ratione fit minus, secus tamen si illud minus bonum ut, volitum a provifore induat rationem majoris boni. In casu ergo, est peccatum in ratione malitie, & offensa fit majus malum, quam sit bonum humilitatis, & beatitudo hominis secundum se, secus tamen ut hæc sunt volita a Deo; quia ea vult, quatenus ad bonum Universi conducunt. Bonum autem universi, quod

quod est bonum divinum, majus est ac superexcedens gravitatem...

XXIII. Quæres, an peccatum permitti possit a Deo ex præsentia penitentia? Videtur quod non. Qui intentio penitentia necessario supponit peccatum prævium...

Rursus. Innocentia est majus bonum, quam penitentia; ergo Deus non potest permittere peccatum ob penitentiam; si ob illam permissionem deperditur majus bonum.

XXIV. Atamen sententiam affirmativam probabiliorum existimo, supponendo, penitentiam posse tripliciter considerari. Primo: ut virtus est per se destructiva peccati. Secundo: Ut est virtus manifestativa omnipotentia Dei, quæ parcendo, & miserando maxime manifestatur. Tertio: Ut est virtus uterque gratia consecutionem, & finalem perseverantiam. Licet ergo penitentia si intendatur præcise, ut destructiva peccati debeat supponere peccatum prævium, quia sic solum amatur, ut bonum occasionatum ex illo, secus tamen si intendatur secundum aliquam ex alijs duabus considerationibus. Cum ergo Deus velit penitentiam suorum prout est manifestativa suæ Omnipotentia, & utilis ad uberiores gratiam, & perseverantiam ipsorum, ideo non est necesse, ut supponat ex parte Dei peccatum prævium; quia licet specificative sumpta sit occasio peccati, reduplicative tamen ut volita a Deo prædestinatis non explicat hoc munus. Et hinc patet disparitas ad exemplum de Redemptione: Deus enim voluit Redemptionem reduplicative, ut satisfactam pro peccato, & ideo debuit supponere prævisionem peccati.

XXV. Ad id quod additur respondeo cum D. Th. 1. part. q. 20. art. 4. ad 4. Quod peccatores, & innocentes se habent, sicut excellentia, & excessa. Nam sicut sunt innocentes, sicut peccatores, illi sunt meliores, magis dilecti, qui plus habent de gratia, ceteris tamen paribus innocentia dignior est, & magis dilectus. Dicitur tamen Deus plus gaudere de penitente, quam de innocente, quia plerumque penitentes cautes, humiliores, & ferventiores resurgunt. Unde Gregorius dicit (homil. 34. in Evang.). Quod dicit in prælio eum militem plus diligere, qui post pugnam conversus fuerit hostem premit, quam qui nunquam fugit, neque unquam fortiter fecit.

Vel alia ratione, quia æquale deum gratia plus est comparatum penitenti, qui movet poenam, quam innocenti, qui non movet; sicut centum marchæ, majus donum est, si dentur pauperi, quam si dentur Regi. Hæc D. Thomis.

QUESTIO IV.

De Reprobatione.

Reprobatio, Prædestinationi opponitur. Quia vero oppositio ratione eadem ratio est, ac disciplina, ideo sicut Prædestinatio essentialiter sumpta nominat actum intellectus includentem actum Divinae Voluntatis, quo vult aliquos ad gloriam admittere, eisque media preparare, ita Reprobatio essentialiter in actu intellectus collocari debet, supponente tamen actum voluntatis, quo vult Deus aliquos a gloria recedere modo inferius explicando. De hac ergo pro complemento hujus Tractatus in præsentia agemus: quærentes, an sit, quid sit, causas ejus, & demum effectus.

DEFINITIONES.

An sit Reprobatio, & quid sit.

S. I.

Deus aliquos reprobat.

Veritatem hanc docent Scriptura. Rom. enim c. 2. v. 6. de Deo loquens Paulus: Qui reddet (inquit) unicuique secundum opera ejus. Ut quidem qui secundum patientiam boni operi, gloriam, & honorem, & incorruptionem quarunt, vitam æternam; Ut autem, qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, creduntur autem iniquitati, ira & indignatio. Et c. 9. v. 22. & 23. ait: Quod si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia usque ira apertam in interitum, ut ostenderet divitiis glorie sue in usque misericordia, quæ preparavit in gloriam. Quod alijs multis in locis testatur.

II. Alioquin a Deo reprobari ostendit D. Thom. hac q. 23. art. 3. ita dicens. Deus est supremus, & universalis Provifor: ad universalem autem Proviforem pertinet aliquem defectum in rebus a se provifis, & sibi subiectis permittere, & non omnes fœm affectu finem, ut videre est in his, quæ naturaliter contingunt: sic enim existit universitas creaturarum, ut ex illis aliqua bona sint, & digne premio; alia prave, & digne supplicio, dicente Paulo 2. ad Timoth. 2. v. 20. in

magna autem dono non solum sunt usque aures, & argentea, sed & liqua, & stibilia, & quadam autem in consumeliam. Super quo idem D. Thom. test. 3. in domo (inquit) una est una fenestra altera pulchrior. Si quis ergo querat, quare non tota domus est fenestrosa? Ratio est, quia tota domus esset impropria, similiter dicit Apostolus 1. Cor. 12. Si totum corpus esset oculus, ubi audiret? Sic ergo dicit Apostolus in effectu gratia, quia oportuit, quod Deus manifestaret justitiam, & misericordiam. Si enim omnes salvaret, esset solum ejus misericordia: si omnes damnaret esset solum justitia. Et ideo volens Deus manifestare iram, id est justitiam &c.

III. Altera hinc oritur ratio, quam idem S. Doct. tradit in 1. ad Ananiam, dist. 40. q. no. art. 3. his verbis: Ordinavit ergo divina providentia ab æterno humanam naturam ad beatitudinis consecutionem per liberum arbitrium. Quod quia deficiat potest per seipsum, a solo autem Deo indeficientiam habet, ideo ab æterno proposuit, quod quosdam permitteret deficere, quibusdam vero auxilia apponere, ne deficerent, ut in nostrisque manifestaretur virtus gratia, & defensus natura. Ex quibus concludit: Sic ergo ab æterno fuit propositum Dei & respectu culpa permittere, & respectu partem insignem, & hoc dicitur reprobatio. Ergo sicut ad manifestandam virtutem gratia oportebat aliquos prædestinari; ita ad ostendendam deficiatilitatem liberi arbitrii creati, conveniens fuit aliquos reprobari.

IV. Sed dices primo, & tamen non tenetur in eis aliquem defectum supra Angelos, & tamen non tenetur in eis aliquem defectum in esse permittere, cum Angeli non deficiant in suo esse, ergo ratio allata non evincit.

Resp. neg. confes. Ad providentiam enim pertinet quidem, permittere aliquem defectum in rebus provifis, sed in eo, in quo sunt deficiatiles. Angeli autem secundum suam naturam sunt indeficiatiles in esse; & ideo non tenetur Provifor permittere, ut aliquis eorum in esse deficiat. Ad homines, habent liberum arbitrium suapte natura moraliter deficiabile, & circa finem, & circa media, propterea Deus in universalis Provifor tenetur in aliquibus talem defectum permittere, & circa media eis denegando gratiam, & permitiendo ut peccent; & circa finem disponendo, ut aliqui a suo fine deficiant. Immo retorquetur instantia. Quia enim Angeli esto indeficiatiles in esse naturali, deficiatiles tamen sunt in operando moraliter circa finem supernaturalem; ideo permittit Deus, ut aliqui Angelorum peccando deficerent, & sic a suo fine supernaturali deciderent.

V. Dices secundo, De Deo Sap. 11. v. 25. dicitur: Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti, ergo Deus nullum hominem, quem creavit, odit; ergo nullum reprobat.

Respondeo D. Thom. hac q. 23. art. 3. ad 1. quod Deus omnes homines diligit, & etiam omnes creaturas, in quantum omnibus vult aliud bonum; non tamen quodcumque bonum vult omnibus, in quantum ipse vult bonum non vult hoc bonum, quod est vita æterna, dicitur eis habere eam, vel reprobare.

VI. Replicabis. Ex Apof. 1. ad Timoth. 2. v. 4. Deus omnes homines vult salvos fieri. Et 1. Petri 3. v. 9. Nemo unquam perire, sed omnes ad penitentiam reverti; ergo omnibus vult hoc bonum, quod est vita æterna.

Secundo. Nullus prudens excludit a consecutione finis id, quod producit ob consecutionem dicti finis; sed Deus produxit omnes homines ob vitam æternam consequendam; ergo &c.

Resp. ad primam replicam superius in Tractatu de Voluntate Dei fuisse dictum esse, Deum velle omnes homines salvos fieri, & nolle aliquos perire voluntate generali, & antecedente, quia omnibus dat auxilia sufficientia, quibus, si non obstant, possint bene uti, & salvari. Non tamen omnes velle salvos fieri, & neminem perire voluntate efficaci & consequente, alias omnes de fideo salvarentur.

Ad secundam replicam dico, non esse contra munus sapientis, & prudentis Proviforis, qui speciem aliquam producit ob aliquem finem, quod aliquos a consecutione finis excludat, quando natura tendit deficiatilitate ad illum.

VII. Dices tertio, Deus non est causa perditionis hominum juxta illud Osee 13. v. 9. perditio tua ex te ipse; & tantummodo in me auxilium tuum; ergo Deus neminem reprobat; alias sicut dum aliquos prædestinat, dicitur esse causa salutis eorum, sic si alios reprobares, diceretur causa perditionis illorum.

Respondeo, negando absolute confes. Nam Deus prædestinans, causat non solum gloriam, quæ habebitur in futuro, sed etiam media, quæ prædestinato conferuntur in præsentia, & quibus ad salutem pervenit, nempe merita; & ideo dicit Osee ex me auxilium tuum. Ad Deus reproban, non causat media, quibus tendit homo ad perditionem, sed solum ex permissit. Peccata enim sunt non a Deo, sed a libera voluntate humanae fæ subtrahente a Divina casualitate: unde homo est causa suæ perditionis, & ideo dicit propheta: perditio tua. Est quidem Deus causa poenæ, quam homines per peccata merentur in futura vita, non tamen culpæ, quæ merentur talem poenam. Vide S. Th. hac q. 23. art. 3. ad 2.

VIII. Instabis. Nulli debet imputari, quod vitare non potest: sed si Deus hominem reprobat, non potest iste vitare culpam, quæ perat, quia non potest gratiam adipisci, quæ non peccet; ergo &c.

Respondeo ex D. Th. laudato loco ad tertium: Quod reprobatio Dei non subtrahit aliqui de potentia reprobati. Unde cum dicitur, quod reproban non potest gratiam adipisci, non est hoc intelligendum secundum impossibilitatem conditionatam, sicut supra dictum est (q. 19. art. 3.) quod prædestinatum non esse salvan necessitate conditionata, quæ non tollit libertatem arbitrii. Unde licet aliqui non possint gratiam adipisci, quæ

reprobatur a Deo; tamen, quod in hoc peccatum, vel illud laudatur, ex ejus libero arbitrio contingit. Unde & merito sibi imputatur in culpam.

IX. Dices quarto, si in Deo daretur Reprobatio aliquorum, exiret in eo liber Moris: sicut quia datur in eo prædestinatio, datur in eo ad liber. Ergo &c.

Respondeo, negando maj. ex eodem D. Th. citato: Quod non est consuetum consisti, qui repudiantur, sed eos, qui aliquantulum. Unde reprobationi non respondet liber Moris, sicut prædestinationi liber Vitæ: Quod vero consuetum sit conscribere eos, qui ad aliquod eliguntur, probat D. Th. ibi in corpore exemplo militum, & consiliariorum, qui olim dicebantur Patres Conscripti.

Ad confirmationem dico, postea reprobatione sequi solum, Deum prædestinare ad malum poenæ; non tamen ad malum culpæ, ut ajebant Prædestinati, & post eos Calvinus. Et hoc damnat Araucanæ, & Tridentini Patres.

S. II.

Quid sit reprobatio.

X. Reprobatio dividitur in negativam, & positivam. Negativa, secundum aliquos, est mera non electio ad gloriam. Secundum alios vero est adu positivus, quo Deus aliquos, non solum non eligit, sed adu positivus excludit a Gloria. Positiva autem est adu, quo aliquibus præparatur poena, tum damni, tum sensus.

XI. Reprobationem negativam negant multi, & si præsentis meritis reprobare, addentes, Reprobationem negativam præcedentem a demeritis prævisis, Patribus, & Theologis antiquis fuisse ignotam, & insuper quod, ea positâ, sequatur, non electos nulla via posse salvari, & proinde necessario damnari.

Sed immerito. Reprobationem enim negativam indicavisse S. Augustinus, dum ait, aliquos in massa perditionis relinquit, alios ab ea erui, alios liberari, alios non; & ad Dei beneficium unice referendum esse, ut lib. 2. contra duas Epist. Pelag. c. 7. lib. de prædest. ss. cap. 9. & alibi post ipsum S. Thom. hac q. 23. art. 3. ad 1. ubi ait: In quantum Deus quosdam non vult hoc bonum, quod est vita æterna, dicitur eos habere odio, vel reprobare. Hac autem posita sequitur solum, & eo, qui non liberatur, necessario damnandus necessitate conditionata, non absoluta, ut nuper cum D. Th. dicebamus.

An vero reprobatio omnifonem electionis ad gloriam; an potius actum positivum dicat, quo Deus voluerit eos excludere a Gloria, utrumque probabile judico. Nos tamen, qui superius diximus, voluntatem Dei non potuisse circa aliquid manere suspensam, cogimur reprobationem negativam in aliquo adu positivum collocare, nempe in actu, quo Deus nolit aliquos a communi massa perditionis liberare; seu voluit eos in ea relinquere.

Patet etiam, eandem reprobationem negativam a positiva differre; quod illa duplicem terminum positivum includat, nempe a quo, id est Regnum Cælorum, a quo Reprobis excluditur, & ad quem, nempe poenam, tum damni, tum sensus, quæ Reprobis præparatur. Illa vero contra dicit solum terminum a quo, nempe Regnum Cælorum, a quo Reprobis excluduntur, aut massam perditionis, a qua Deus non vult eos liberare, præcedendo a termino ad quem destinandi sunt. Colligitur hoc ex D. Th. in 1. Anabald. dist. 41. qu. un. art. 3. ubi hæc habet: Voluntati divina de salute hominum duplex voluntas opponi videtur, scilicet voluntas de contradiatorio, secundum quod vult damnari aliquem. Prima quidem voluntas non requirit aliquam responsionem ex parte veliti, cum salus gloria non sit debitum humane nature. Non enim requiritur ratio, quare non dem alicui, cui dare non debet.

DEFINITIONES.

An Deus reprobat ante, vel post prævisionem demeritorum.

S. I.

Error Calvinii rejicitur.

Joannes Calvinus inter alios suos Sectæ errores docuit primo, Unicum, & adequatum, tum negativam, tum positivam reprobationis causam, esse gloriam Dei voluntatem. Censuit enim, Deum independentem a pravitate consuevit peccati, sive originalis, sive actualis quosdam Homines, & quosdam Angelos ab æterno excludisse a Regno Cælesti, illisque præparasse poenam, tum damni, tum sensus. Docuit secundo, Nec Angelos, nec Homines reprobos fuisse creatos ad Cælestem beatitudinem, sed ad æternam damnationem. Docuit tertio, Deum, ut latum a fæ decretum exequatur, imponere eis necessitatem, ut peccent; immo eos positivè, ut peccent impellere. Totum hoc apparet ex his, quæ habet tum in 3. Inst. cap. 21. §. 6. ubi asserit, quod Deus confilio, utrumque suo ira ordinet, ut inter homines asserantur ab æterno certe meriti devoti, qui suo exitio ipsius nomen glorificent. (Tum cap. 22. §. 6.

ubi aperte negat, Deum ex otiosa spectula specuari merita, vel demerita. Tum in cap. 9. ad Rom. ubi postquam dicit, Deum pro arbitrio suo quem visum illi fuerit misericorditer dirigere, in quemcumque liberum judicii favoritatem stringere, durandi verbum, cum Deo in Scripturis tribuatur, non solum permissivum, sed divina quoque ira actum significare. Quod Satan ipse, qui tantus effrauctor agit, ita est ejus minister, ut non nisi ejus imperio agat. Concludit: Certe ergo frivolum illud estugium, quod de præsentia Sebastiani habet. Neque enim prævideri ruinam imperiorum a Domino Paulus tradit, sed ejus confilio, & voluntate ordinari; quemadmodum & Salomon dicit, non modo præcogitatum fuisse imperiorum interitum, sed ipsius ipse fuisse destinata creatas ut perirent (Prov. 16. v. 4.) Idem docuerat in cap. 1. ejusdem epist. ad Rom. dicens: de modis, quo Deus hominem in vitium tradit... Certe quidem est, non solummodo: namque, & cavendo illum peccare homines prolabi, sed justo judicio sic ordinare, ut tum a propria concupiscentia, tum a Diabolo in ejusmodi rabiem agantur, & serantur. Hæc Calvinus.

II. Verum nedum falsa, sed impia est hæc doctrina. Primo. Quia evertit ordinem divinæ retribuitis, & justitiæ, quæ petit, ne poena procedat culpam, ne poena præparatio antecedat prævisionem culpæ; ne creatura delinquit ad poenam, antequam prævideatur alicuius criminis confecta. Secundo. Quia de Deo facit crudeliter tyrannum, dum ponit, Deum ut exagratum suum decretum de homine perendo, eum creasse ad exitium, imponendo illi necessitatem peccandi, eumque non permissivo tantum, sed positivo, & absoluto discreto ordinare in reprobis peccatum, eos ad peccandum impellere; & hoc modo Deum summe sanctum fieri auctorem peccati; quod olim Ecclesia execrata fuit in Marcionis, Manichæis, Priscillianis, qui idipsum aut fuerant esse: quodque Araucanica Secunda Synodus Can. 25. his verbis proscriptit: Aliquis vero ad malum divina potestate prædestinatus esse non solum non credimus: sed si qui sunt, qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione illis anathema dicimus. Quod etiam abominata est Tridentina Synodus sess. 6. can. 17. si quis... dixerit, reliquos omnes, qui vocantur, vocari quidem, sed gratiam non accipere, a proprio divina potestate prædestinatos ad malum, anathema sit. Tertio. Tandem divinæ misericordie injuriosa, quæ omnes ad penitentiam expectat, quæ nullum perire vult, immo omnes salvos fieri, ut superius offendimus. Injuriosa etiam Christo, qui pro omnibus mortuus est, qui se dedit redemptionem pro omnibus, ut fuit Tract. de Voluntate prævisionem.

III. Dices tamen primo. D. Petrus act. 2. v. 23. de Christo fuisse (inquit) definitio Dei confilio, & præsentia Dei traditum, per manus iniquorum affertur intermissis; Ergo Deus definitio confilio Judæos reprobos impellit ad Delictum. Rursus: Deus dicitur excæcare Ios. 12. vers. 39. & 40. Reprobos non poterant credere, quia iterum dicitur Iosias; Excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum, ut non viderent oculis, & non intelligant corde, & converterentur, & sanentur. Idem: Exodi cap. 7. vers. 3. de Pharaone dicit Deus: Sed ego indurabo cor ejus... & non audiet verbum. Quid autem est excæcare mentem, quid indurare cor, nisi statuto confilio prædestinare ad malum?

IV. Respondetur ad primam, exponendo Petri dictum: Definitio Dei confilio de Redemptione, concedo, De Delictio, nego. Vox autem illa traditum, non refertur ad Judæos, seu iniquos; irat sensus sit, iniquos definitio Dei confilio Christum interemisse; sed refertur ad Deum Patrem, qui definitio confilio tradidit Filium suum pro humani generis Redemptione, quamvis permiserit iniquitatem Judæorum, ut latum ab æterno de Filii morte decretum exequeretur. Eadem actio (inquit D. Thom. 3. part. q. 47. art. 3. ad 3.) diversimodo judicatur in bono, vel in malo, secundum quod ex diversa radice procedit. Patet enim tradidit Christum, & ipse semetipsum ex charitate; & ideo laudatur. Judæi autem tradidit ipsum ex cupiditate, Judæi autem ex invidia, Filium ex timore mundano, qui simul Cæsarem; & ideo ipse vituperatur.

V. Ad secundum, dist. ait. Dicitur excæcare, obdurare, infundendo militiam, vel impellendo ad peccatum, nego ant. Subrahendo, & non largiendo gratiam, conce. ant. Deus reprobos excæcat, indurat, non infundendo, aut causando militiam; vel illos ad peccandum positive impellendo; sed excæcatio, & induratio in hoc posita est: Primo: Quod Deus non velit reprobos misereri, ut obduratio Dei sit nolle misereri: ut non ab illo irrogetur aliquid, quod sit homo deterritus; sed tantum quo sit melior non erogatur. Ita S. August. lib. 1. de div. qu. ad Simplian. q. 2. Secundo. Quod eos defecit: ita idem S. Doct. tract. 53. in Jo: Sic enim excæcat, sicut obdurat Deus; defecendo, & non adjuvando; quod confilio judicio facere potest, iniquo non potest. Quia excæcationem, & obdurationem eorum pravas voluntates meruisse ibidem docet. De his autem, qui sic sua culpa defecit non adjuvantur, dicitur, quod non possint credere, sed potentia tantum functionibus, non possibilitatis, ut superius Tract. de Vol. ostensum est.

(a VI. Sed instabis. S. Augustinus lib. de grat. & lib. arb. cap. 22. aperte dicit: Malorum hominum voluntates a Deo ad malum inclinari, & demonstrat exemplo Pharaonis: Sicut est (inquit induratio Pharaonis, cuius & causa dicitur, ad ostendendam in illo obduratorem Dei. Quare dixerat ante, quod Scriptura divina, si diligenter inspicitur, ostendit non solum bonas hominum voluntates, quæ ipse factæ ex malis, & a fæ factas bonas in actus bonos; & in æternam dirigunt vitam: verum etiam illas, quæ conferuntur facti creaturarum, ita esse in Dei potestate, ut eas quæ voluerit, quando voluerit, faciat inclinari, vel